

Bibliothèque numérique

medic@

Champenois, Jean-Joaquim - candidat
/ Botentuit Langlois, Pierre-Mathurin -
président. - an completa inferioris
Maxillae luxatio, non reducta, sit
semper intrà decem dies lethalis ?

1784.

*Paris : Typis Michaelis Lambert,
Regii Chirurgiae Collegii
necnon Academiae Typographi,
viâ Cithareâ,
Cote : ms 2345, n°24*

T H E S E S
ANATOMICO-CHIRURGICÆ ,

An completa inferioris Maxillæ luxatio, non reducta,
 sit semper intrà decem dies lethalis ?

*QUAS, Deo juvante, & Preside M. PETRO-MATHURIN
 BOTENTUIT LANGLOIS, Scholarum Moderatore, antique
 in Scholâ Præticâ Professore, tueri conabitur JOANNES-
 JOACHIMUS CHAMPENOIS, Meldensis, præclare Artium
 Facultatis in Almâ Universitate Parisenſi Magister, nuper in
 magno Parisenſi Nosocomio Chirurgus ~~eternus~~, Theseos
 Auтор.*

*Die Sabbati 17^ā. mensis Julii anno R. S. H. 1784,
 à sesqui-secundâ post meridiem ad septimam,*

P A R I S I I S ,
IN REGIIS CHIRURGORUM SCHOLIS.
PRO ACTU PUBLICO ,

I T
An completa inferioris Maxillæ luxatio, non reducta, sit semper intrà decem dies lethalis ?
 MAGISTERII LAUREA.



Typis MICHAELIS LAMBERT, Regii Chirurgicæ
 Collegii, necnon Academice Typographi, viâ Cythareâ.

M. D C C. L X X X I V.



THESE
ANATOMICO-CHIRURGICAE.

An completa inferioris Maxillae luxatio, non reducta,
ut semper intrà decem dies electissimis

Graz, Deo invicto, & Propterea M. Petri-Mathurini
gotintus etiamque, stimulatissimis Maxillae, annido
in Zygoma percuti prolegit, tunc conquisit, Iominis
Iocundius Caxampanos, Miltiades, hucusq[ue] adhuc
luculentus in Alioq[ue] Universitate Parvulusq[ue] iugularia, Tumores
magno Privilegio Meliorando Curandus, Tumores
etq[ue] adhuc.

Die Septimi 15. medicorum anno X. 2. M. 1782.
a J. L. Leuveneberg loco medicorum adspicimus.

PRAEFACTA.

IN REGENS CHIRURGORUM SCHOLOIS
PRO ACTU PUBLICO.

J. V. GISTERTERII IAVARESI



Johes MICHAELIS FAMBERT, Regi Caputis
Collagi, regnon Ascanius Thibauti, ac Cappe-

M. DCC. LXVIIIA.



D. O. M.

← →
T H E S E S
ANATOMICO-CHIRURGICÆ.

*An completa inferioris Maxillæ luxatio, non reducēta, sit
semper intrà decem dies lethalis?*

FALSIS & commentitiis opinionibus, tum de illius morbi differentiis, tum de prognosi super illo instituendâ, ut nobis quidem videtur, ansam præbuit Maxillæ luxatio completa: quas quidem discutiendas, &c si fas est, refellendas cum in nos suscepimus, ossa, cartilagines, ligamenta, musculos, & varios articuli motus, Anatomia duce, breviter exponemus.

A ij

EX ANATOMIA.

Maxillæ inferioris rami superiùs in duos processus abeunt quorum alter anterior, coronoideus, tenuis & acutus, alter posterior condyloideus, oblongus, curvato anteriùs suffultus collo, angulum habens externum & anteriorem, alterum posteriorem & internum, cartilagine ponè exili, antè densiori undique cooperatus.

Cavitas quæ condylis respondet in externâ temporalium ossium facie leviter excavatur, & dicitur Glenoidea: fissurâ dividitur in duas partes quarum anterior verè articularis cartilagine obducitur, posterior glandulas adipemque continet, & prominente conchâ contrahitur: multum quoque ad articulum facit apophysis transversa quæ zygomatici adnascit, cuiusque pars posterior cartilagine vestitur ut respondentem condylorum faciem accipiat, qui non tantum in cavitate glenoideâ, sed etiam super hâc apophysî, vario pro situ, moventur.

Adest insuper in interiore articulo cartilago intermedia, utrinque excavata, in medio gracilescens, densior in peripheriâ, minus ossi temporum, quam inferioris Maxillæ condylo, cuius motus sequitur, adhærens.

Capsula ligamentum quod laxè superiùs, strictè inferiùs articulum amplectitur, confirmant alia duo ligamenta quorum alterum externum à zygomaticâ ad externum condylorum angulum, alterum internum à spinali cuneiformis ossis apophysi ad internum obliquè descendit; animadvertisendum est etiam aliud ligamentum quod ab internâ & articulari glenoideæ cavatis parte, ad interiorem Maxillæ faciem protenditur.

3

Ginglymum Arthrodiāmque refert hæc articulatio, undē mixta
seu Amphy-diarthrosis dicta fuit. Enim verò ejus ope modò os
diducitur contrahiturque, quòd ginglymum simulatur, modò
arthrodiatum more anteriùs Maxilla profertur, & deindè redu-
citur: annotandum verò posteriorem ex illis motibus nunquam
fieri posse quin prior præcesserit: vetat enim partium structura
quominus Maxilla in situ naturali posita retrò vertatur. Tandem
in latera ferri potest, tum verò unus tantùm Condylus è suâ ca-
vitate anteriùs procedit, arcuisque partem describit eundo, dum
alter immobilis in articulo retinetur.

Nunquam autem tam variè moveri Maxilla potuisset, si in
cavitate tantùm glenoïdeâ articulati fuissent ipsius condyli; sed
duplicis quam exposuimus articulationis beneficio, cùm anteriùs
adducta Maxilla apophysi tantùm transversæ innitatur, nullo
prohibentur impedimento ac proindè facilè exercentur varii illi
motus: atque hic quidem cartilaginis intermediae usus facile in-
notescit; anteriùs enim cum condylis, non ligamentis tantùm,
sed & musculis fertur, ossa in contactu mutuo continent, aber-
rare vetat, ac verum inter duas apophyses articulum constituit.
Quod verò indè exurgit commodum pro nihilo reputandum fo-
ret, si retrò cum condylis ferretur; sed non ita: transversam
nunquam relinquit apophysim, & condylis semper adhæres-
cens anteriori eorum faciei respondet, ac deindè ubi anteriùs
reducitur, superiorem duntaxat eorumdem condylorum par-
tem recipit.

Maxillæ inferioris musculi sunt temporales, masseteres,
pterigoïdei tum interni, tum externi, & biventres, quibus ad-
dendi nobis videntur superiores & inferiores hyoïdes ossis mus-
culi; sed de his omnibus, coram cœtu dicere parati, ne longius
procedat nostra thesis, nihil in praesenti dicemus.

EX CHIRURGIA.

Luxatio Maxillæ inferioris completa dicitur, ubi condylus uteri que è suâ cavitate naturali excidit. Sed obscurum hic verbum non nullis annotationibus explanandum est. Enimvero in alio quovis articulo luxatio completa dicitur, cum os luxatum articulam planè deseruit: huc vero ubi uterque condylus dimovetur: at certè in ejusmodi luxatione habenda est quoque ratio spatii quod inter os luxatum & articulum interjicitur: nam fieri potest ut condyli, modò parùm, modò longius, à suo situ naturali dimoveantur; attamen luxatio completa dicitur in utroque casu, quamvis prior à posteriori quam maximè distet: etenim in illo leviora & facilè ferenda accidentia morbum comitantur, dum in alio graviora ingraunt symptomata, quæ lapsu temporis ingravescunt, & ægrum, si, uti dictum est, intra decem dies, saltem lento gradu ad Orcum demittent. Plurimi refert igitur & modum quo sit luxatio, & distantiam ossis luxati, & signa quibus hoc spatum æstimari potest, apprimè dignoscere.

In situ naturali, nempè ubi os clauditur, dentesque paralleli sibi invicem respondent, Maxillæ inferioris condyli in ossium temporalium cavitate glenoïdeâ, ponè radicem apophyseos transversæ condantur, ibique ligamentis, muscularis, ipsâ etiam ossium figurâ retinentur. Ubi vero feruntur anterius, aut deprimuntur, unâ cum cartilagine intermediâ accedunt ad transversam apophysim, & si ultra modum vel majori hiatu, vel istu violenter adacto, vel graviori in mentum lapsu magis deprimantur, sit luxatio: cartilago enim intermedia, cuius ope tunc temporis articulantur condyli, non satis valet ut impedit quoniam anterius ferantur, & apophysi transversæ, suo tantum collo

innitantur: quo semel facta, vel hic remanebunt, vel alius
sub os jugale protrudentur.

Priori casu levis erit oris hiatus, salivæ effluxum in genas
cohibere poterit æger, dentes parùm à se distabunt, labia erunt
adhuc sibi contigua, quidam permittentur Maxillæ motus,
quibus aut magis etiam diducetur, aut ad prioris aperturæ gra-
dum redibit; salivæ resorbitio, alimentorum deglutitio, lo-
quela, licet difficiles, non cessabunt omnino.

Posteriori os immanni rictu dehiscet, copiosior per genas effluet
saliva, mentum in thoracem propendebit, *æger non cibum de-
vorare, non potionem sorbere poterit.* (a) Certè quidem si
tunc non reponantur ossa, maximo in periculo versatur æger;
sed hoc etiam posito, nondum omnino de ejus salute despe-
randum est. Enimvero fieri potest, & reverâ, quod faustis-
simum, sapè sit ut, vel statim, irritis ad reponendum os ten-
tatis conaribus, vel paulatim, solo temporis lapsu, & mus-
culorum actione, sin reducantur in suam sedem condyli, saltem
magis ad articulum accedant, undè Maxillæ usus qualis qualis
ægro permittitur.

Immerito igitur pronuntiatum fuit lethalem intrà decem dies
fore, si non reponeretur, utriusque condyli luxationem. Undè
enim exoriri posset mors tam citè? An ex muscularum, liga-
mentorum, nervorumque distensione, an ex inediâ, an ex fe-
bribus (b) &c.? Sed primò, non tanta est sitûs mutatio in variis
illis partibus, ut indè mors necessariò sequatur: secundò, non
ita præcluduntur fauces, ut ab omnibus alimentis, & etiam à

(a) Cels. L. 4. C. 7.

(b) Nisi reponatur, vita periculum instat propter febres continuas, &c.
Hippocrat. de Articul. Charter. T. XII. p. 340.

potu prohibeatur æger : nam licet difficultas admodum fiat deglutio , non tamen omnino cessat ; febres tandem continuæ de quibus Hippocrates tunc tantum metuenda sunt , cum , immunitatis hiatu , omnia inde exurgentia ingruunt symptomata : at vero non semper tanta est condylorum dimotio ut necessariò accidat , & etiam si adesset , aliquando fit , ut , respirationi per nares nullum sit impedimentum , minor sit faucium siccitas , labiis adhuc sibi ferè contiguis non omnis effluat saliva , &c. nullâ igitur de causâ tam funestum omen semper , & omni luxatione completâ habendum est.

At quod variis rationum momentis probare tentavimus , id facilius forsitan certiusque confirmabimus experientiâ. Quid enim nostræ propositionis veritatem clarius demonstrare potest , quam si in medium proferantur historiae ægrorum qui tali cum luxatione menses , imò annos complures superstites fuerint ? Liceat ergo , inter alia quæ in promptu sunt , unum aut alterum tale observatum in opinionis nostræ assertionem testari.

Celeberr. Magister D. Sabatier , Academias videndam obtulit mulierem , quæ completâ utriusque condyli Maxillæ inferioris luxatione ab anno laborabat : primò res in dubio poni videbatur: veritati enim agnoscendæ obstabant Hippocratis hoc de morbo effatum , loquendi & deglutiendi ægræ permissa facultas , priorum accidentium , post anodynorum & emollientium usum , remissio ; ac tandem idèo tantum non adesse dicebatur luxatio , quod debitum & ex arte institutis conatibus reduci non potuerat. Sed facile dilui possunt hæc argumenta. Ac primò quidem judicium Hippocratis , quantacumque viri immortalis habenda sit & reverè habeatur reverentia , non utique pro oraculo reputandum est , ubi novis observationibus

luce meridianâ clarioribus divinum senem erravisse probatur.
 At verò loqui & deglutire poterat mulier, salivæ effluxum labris
 coerebat, libera aderat respiratio: Quid mirum? Certè si ita
 profundè superiùs & anteriùs protrusi fuerint condyli, ut
 maximo oris hiatu mentum in thoracem propenderit, his
 functionibus orbata fuisset, sed patùm ab articulo distabant,
 undè, ut superiori probavimus paragrapho, ab illis non inter-
 dicebatur motibus. Objicitur deindè adhibitis emollientibus &
 relaxantibus topicis, melius se habuisse ægram, quod non even-
 nisset, si vera adfuisset luxatio, quandoquidem, ut addunt,
 absurdum quid diceret, qui emollientibus luxationem reduci
 posse contenderet: certè quidem hâc de re non inficias ibi-
 mus, sed quid indè? Nihil profectò: quotidie enim viderur
 eorum remédiorum usu imminentia dolorem articuli, & paulatim
 iisdem diutius adhibitis ita irreducibile luxationi assuescere ægrum,
 ut, novæ sedi, veluti suo articulo, innixum os ferè suos omnes
 motus exerceat. Ultimum & gravissimum, ut iis videtur, asser-
 tionis suæ argumentum desumunt qui singulare illud observatum
 admittere recusant ex eo quod sagaciter tentata reductio fieri non
 potuerit, & indè non adfuisse luxationem pertinaciter inferunt.
 Sed nimis eheu! frequenti comprobatur usu adesse luxationes,
 quæ, licet omni ope atque operâ nitatur Chirurgus, vel opti-
 mè institutis cohatibus resistunt, ac proindè per se statim corruit
 hæc opinio.

Verùm enimverò quid probant rationes contra observatum Ce-
 leberr. D. Sabatier allatae? Certè quidem, ut omnibus compertum
 fuit, dimovebantur à se invicem Maxillæ, mentum anteriùs
 prominebat, sibi non respondebant dentes, concham inter & con-
 dylos vacuum intercedebat: quænam alia adesse poterant cer-
 tiora luxatae Maxillæ signa? Attamen ut omnino tollatur, si
 sednecesse

quod adhuc dubium remanere posset, alia quædani similis exempla subjiciemus.

Clariss. Magister D. Lhéritier, cranium Academiæ obtulit in quo aderat luxatio Maxillæ incompleta quidem, sed cuius ita immutata fuerat partium dispositio, ut diutissimè ante mortem accidisse pateret.

Virum quemdam, in supremâ senatus curiâ patronum, cui condylus uterque Maxillæ inferioris è suo articulo exciderat, & aliundè sanum per plures annos vidit Celeberr. Magister D. Perylhe.

Idem testatur Spectatiss. Magister D. Botentuit, primus Subcenturioni, in carcere dicto *Fort-l'Evêque*, luxationem Maxillæ completam reposuerat: ea tunc fuerat ossium dimotio, ut à loquendo prorsùs interdiceretur æger, & morbi naturæ planè inscius yenenatum se poculum hausisse scriptis affereret: reductâ Maxillâ facilè & brevi convalescuit; sed paucis ab hinc annis, cùm in Germaniâ militaret, in euindem incidit morbum: irreducta remansit Maxilla, sed nihilominus aliquot annos huic superfuit malo, ac tandem cùm ab omni solidi alimento, nisi liquidis digesto prohiberetur, macie confectus obiit.

Non semper autem, ut in hocce casu, vitiantur & loquela & deglutitio, nam mulier de quâ superiùs, licet ægrè admonitum, loquebatur tamen, & solidis vescebatur esculentis. Duo etiam observata nobis communicavit Meritiss. hujus actus Praeses quibus hæc propositio confirmatur.

Die sextâ mensis Julii anno R. S. H. 1782, accessitus fuit à Chirurgo ut malieri vetulæ luxationem Maxillæ completam reduceret

9

reduceret : facile reposita fuit , sed anteà panis ossium jure coctam
ægra comederat : hujus observati testis fuit Clariss. Magister D.
Bousquet, secundus.

Idem die 28^a mensis Octobris anni 1783 , dum in Templo
Luzarchiano curandis pauperibus, unà cum collegis, operam
daret, adstantibus Celeberr. Magistris D. D. Goulliart & Caron ,
ægro cuidam luxationem Maxillæ completam reduxit , qui
tamen loquebatur , & salivam deglutiebat.

Hyeme proximè elapsa completam utriusque condyli luxatio-
nem reposuit homini cuidam in Sancti Mauri pago degenti , qui
novem à diebus hoc patiebatur malum , & nihilominus aliundè
fanus , pedibus Lute:iam se contulerat.

Plurima alia similiaque proferre possemus exempla , cùm verò
nihil ex iis concludi queat , quod non pariter ex allatis conse-
quatur , ne inutiliter & fastidiosè argumenta protrahere videa-
mur , hic consistemus , & si qua ratiocinii observatisque nostris
fides haberi possit , ex iis concludere posse putamus.

*Ergo completa inferioris Maxilla luxatio , non reducta , intrà
decem dies non semper lethalis.*



Type MDCCLXVII
G. Clément
Paris

M. DCC. LXXXIV

lachus et : quibus abegit fin : sed quisque sicut regis lachus
a his coquuntur : nisi in officiis suis non Cyprius Paphius et
Bellapiscis pescatur.

Hinc quis ergo dicit : Oportet simus prope , quodammodo , quodam
luxuriam eumque luxuriam , non enim colligat luxuriam
quae est omnium Cyprius . Mysippeus et Cyprius , et colligat luxuriam
etiam conjugum luxuriam maxima et complete , etiamque de dei
tempore postquam et secundum desuper.

Hinc etiam quae quae corporis concubinum etiamque corporis luxuriam
nisi telescopio potius sumus in nos . Ita quod deinde , qui
noscimus quibus post baptismum mundum , et minime esse luxuriam
tunc , sed quibus tunc tunc et concubinum

Et hinc quibus corporis concubinum etiamque corporis luxuriam
dixi et in concubinum dico , deinceps non dico et in concubinum
dixi , ut immixta et levigata luxuriam principem etiamque
mum , post concubinum , et quod deinde oculorum post baptismum
nihil possit posse , et in concubinum post baptismum

Et hinc quibus corporis concubinum etiamque corporis luxuriam
dixi et in concubinum dico , non autem quod deinde
dixi , ut immixta et levigata luxuriam principem etiamque
mum , post concubinum , et quod deinde oculorum post baptismum
nihil possit posse , et in concubinum post baptismum

Et hinc quibus corporis concubinum etiamque corporis luxuriam
dixi et in concubinum dico , non autem quod deinde
dixi , ut immixta et levigata luxuriam principem etiamque
mum , post concubinum , et quod deinde oculorum post baptismum
nihil possit posse , et in concubinum post baptismum